

Ernst Cothmann

**Decanus Collegii Iuridici in Academia Rostochiensi Ernestus Cothmann Iuris
Doctor Et Professor. Et si facinora animis & oßibus criminorum inharent, & soli
scelerum auctores male audire, & poenis iustis coherceri solent ... PP. Rostochii
XIV. Octobr. M.DC.XI**

[S. I.], 1611

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746333943>


Druck Freier  Zugang



DECANUS Collegij Juridici in Academia Rostochienfi
ERNESTUS COTHMAN
JURIS DOCTOR ET PROFESSOR.



Et si facinora animis & osibus criminorum inhaerent, & soli scelerum auctores male audire, & poenis justis coherceri solent, tamen quandoq; calumnia malorum hominum accedunt, & unius calamitosi peccatoris crimen in totum ordinem, ejusq; membra sana & laudata malitiose derivatur, & detorquetur, & nullo judicio nullove consilio, sed impetu & bestiali quadam feritate res aguntur, Si igitur tam tristes casus incidant, & calamitas unius per plurimum animos & loca plurima pervadat, & sinistram ex calumniatorum nequitia opinionem de laudatissimo aliquo ordine suscitet, merito dolemus & iram Dei agnoscimus. Stetit & vixit mediocriter Academia nostra per annos penè ducentos, neq; ab isto tempore inter Scholares fur aliquis famosus & improbus est inventus. Sed accidit nuper, ut miser quidam homo ob furtu virgis casus, & ex Tubingensi Academia exclusus, studiorum, qua feliciter ceperat, & ut in illa ipsa Academia Baccalaureus crearetur, meruerat, pertexendorum causa primum Vitebergam iret, & inde ad nos veniret, & à Magnifico Academia Rectore illius facinoris ignaro reciperetur, & in Album studiosoru inscriberetur. Et initio quidem ille diligenter didicit, & conciones plures ad populum habuit, atq; in primis in lingua Hebraica tantu profecit, ut sanctam illam linguam sine punctis legeret. Verum paulo post recidit in priores Diaboli laqueos, & furtu, cui assueverat, hoc loco repetijt, & ob flagitium istud in Carcerem conjectus & causa cognita ad mortem condemnatus est. Atrox id erat crimen, quod Deus scelerum vindex morte mulctari voluit, & ut ita fieret, omnes consensimus, sed tamè ut poena suspendij in gladij poenam commutaretur, aequius & humanius esse arbitrati sumus, & ejus opinionis nostra plures rationes attulimus, neq; ante litem illam decisam intercedendo quicquam tentare necessum esse putavimus. Et cum Amplissimum Senatum Oppidanu hoc casu ex transactione auctoritate illustrissimorum & Celsiss. Principum Megapolensium Dominorum nostrorum clementissimoru roborata communicatam Jurisdictione habentem ad mitiorem illam poenam flectere non possemus, Acta ad Clarissimos Dns: JCtos Colonienses transmissa sunt. Hi responderunt poenam suspendij velut ordinariam non nisi à summo Principe mutari posse, at tamen hoc temperamentu pium & honestu expressim ac disertè adscripserunt, nimirum, propter hominis illius juvenis & infortunati infortunatum parentem eumq; Senem, & in illius commiserationem & consolationem, tum etiam in Concilij nostri omniumq; Laudatarum Academicarum & generalium Studiorum gratiosum honorem poenam laquei in gladij poenam communi consensu verti & mutari posse, idq; se prudentia & discretioni utriusq; tam Academici quam Municipalis Magistratus relictum velle. Pia admodum ista praclara & honesta, ac rationibus ab Academia nostra conscriptis congrua, deniq; humana sententia, qua uti nobis commiseratione & humanitati deditis jam ante placuerat, sic ad illam magè obtinendam Reverendum Concilium, ne quid in ipso desideraretur, Senatum Oppidanum in loco Concilij presentem statim amice compellavit, & ad mitiorem poenam dictandam persuadere voluit, Et hanc nostram Intercessionem nobis laudi ducimus, sed & in eo juste & honestè nos fecisse non ambigimus, cum poena Ordinaria, qua jure stricto mutari non possunt, ex notissima totius Germaniae, imò totius Orbis consuetudine temperamentum benignius & humanius admittant. Neq; ipse Senatus Municipalis id negare possit, nisi sua & decessorum suorum facta & exempla illam in rem plura in justitia & iniquitatis accusare velit. Cur vero Magistratus urbicus ad intercessionem & in gratiam unius vel alterius de infima vel media plebe hominis plures fures hoc fure longè improbiore & deteriore ad patibulum damnatos, gladio feriri jusserit, sed hunc calamitosum hominem humanitate illa benignitate & commiseratione indignum judicet, viderit & dixerit ille, qui cuncta cernit. Nos certè, qui ordinarij magistratus titulum justissimum habemus & possidemus, laudabile & honestum fuisse arbitramur, si in commiserationem Senis parentis, ejusq; Theologi sancti & docti, in gratiam & honorem Reverendi Concilij, Omniumq; totius Orbis Academicarum & generalium Studiorum, ad Amplissimi Collegij Juridici Coloniensis prudentissimam admonitionem, deniq; ut alia mittamus, ad nostram amicam intercessionem non seram istam sed satis maturam & justo tempore ac loco interpositam, cum ~~Interdum~~ non nisi lata rigida sententia adhiberi possit, & neq; Deus, neq; Ecclesia neq; vera ejus membra fontes misericordiae & condolentiae ullo tempore claudant, turpis sua suspendij poena in honestiorem gladij poenam commutata fuisset. Sed quia Magistratus adscriptitij rigor prevaluit, & neq; humanitas, neq; prudentia, neq; discretio illa, quam Jurisconsulti Colonienses intuentur, locum invenit, nos tandem nolentes volentes in sententiam illam duriolem & ignominiosiore decurrere oportuit, & omnibus ac singulis, qui aliquid judicare possunt, liberum & humanum de hoc negotio arbitrium relinquimus, & interim Studiosos ornatissimos, monemus & cohortamur, ne hoc tristi exemplo offendantur neve ad illicita se rapi patiantur, sed potius Diaboli Leonis illius infernalis, rugientis, ac savientis mille artes nocendi considerent, & insultus Sathanae pijs precibus, & serià divini nominis invocatione à se depellant, & sanctos Angelos sibi custodes à Deo petant & adsciscant, & nos quoq; arduas nostras preces & gemitus crebriores adjungemus, neq; dubitabimus, quin istam flagelli Dei asperitatem misericordiae mirabilis celeritas subsequatur sit. Quia vero die hodierna, quam Disputationi publica instituenda & habenda nos constituisse publice notum erat, praeter morem usitatum de criminoso illo supplicium sumetur, & tum multitudinis concursu, vociferationibus & clamoribus, quo minus placidam illam concertationem placidè instituamus & finiamus, sine dubio impediemur, negotium id in diem crastinum differre rectius esse putavimus, & iterum atq; iterum rogamus omnes, qui in studijs humanitatis & literarum versantur, ut die illa crastina in honorem Academiae, & in gratiam Dni Candidati frequentes conveniant, & nobiscum amice & eruditè conferant, deniq; Academiam nostram ejusq; patronos illustrissimos & hanc urbem totamq; provinciam veris gemitibus & ardentibus votis Filio Dei Mediatori Salvatori & Intercessori nostro commendent. PP. Rostochij XIV. Octobr. Anno M. DC. XI.



DECANUS Collegij Juridici in Academia Rostochienfi
ERNESTUS COTHMAN
JURIS DOCTOR ET PROFESSOR.



*P*si facinora animis & osibus criminorum inhaerent, & soli scelerum auctores male audire, & pœnis justis coherceri solent, tamen quandoq; calumnia malorum hominum accedunt, & unius calamitosi peccatoris crimen in totum ordinem, ejusq; membra sana & laudata malitiosè derivatur, & detorquetur, & nullo judicio nulloq; consilio, sed impetu & bestiali quadam feritate res aguntur, Si igitur tam tristes casus incidant, & calamitas unius per plurimum animos & loca plurima pervadat, & sinistram ex calumniatorum nequitia opinionem de laudatissimo aliquo ordine suscitet, merito dolemus & iram Dei agnoscimus. Stetit & vixit mediocriter Academia nostra per annos penè ducentos, neq; ab isto tempore inter Scholares sur aliquis famosus & improbus est inventus. Sed accidit nuper, ut miser quidam homo ob furtum virgis casus, & ex Tubingensi Academia exclusus, studiorum, qua feliciter ceperat, & ut in illa ipsa Academia Baccalaureus crearetur, meruerat, pertexendorum causa primum Vitebergam iret, & inde ad nos veniret, & à Magnifico Academia Rectore illius facinoris ignaro reciperetur, & in Album studiosorum inscriberetur. Et initio quidem ille diligenter didicit, & conciones plures ad populum habuit, atq; in primis in lingua Hebraica tantum profecit, ut sanctam illam linguam sine punctis legeret. Verum paulo post recidit in priores Diaboli laqueos, & furtum, cui assueverat, hoc loco repetit, & ob flagitium istud in Carcerem conjectus & causa cognita ad mortem condemnatus est. Atrox id erat crimen, quod Deus scelerum vindex morte mulctari voluit, & ut ita fieret, omnes consensimus, sed tamè ut pœna suspendij in gladij pœnam commutaretur, equius & humanius esse arbitrati sumus, & ejus opinionis nostra plures rationes attulimus, neq; ante litem illam decisam intercedendo quicquam tentare necessum esse putavimus. Et cum Amplissimum Senatuum Oppidanum hoc casu ex transactione auctoritate illustrissimorum & Celsiss. Principum Megapolensium Dominorum nostrorum clementissimorum roborata communicatam jurisdictionem habentem ad mitiorem illam pœnam flectere non possemus, Acta ad Clarissimos Dns: JCtos Colonienses transmissa sunt. Hi responderunt pœnam suspendij velut ordinariam non nisi à summo Principe mutari posse, at tamen hoc temperamentum pium & honestum expressim ac disertè adscripserunt, nimirum, propter hominis illius juvenis & infortunati infortunatum parentem eumq; Senem, & in illius commiserationem & consolationem, tum etiam in Concilij nostri omniumq; Laudatarum Academicarum & generalium Studiorum gratiosum honorem pœnam laquei in gladij pœnam communi consensu verti & mutari posse, idq; se prudentia & discretioni utriusq; tam Academici quam Municipalis Magistratus relictum velle. Pia admodum isthac praclara & honesta, ac rationibus ab Academia nostra conscriptis congrua, deniq; humana sententia, quae uti nobis commiserationem & humanitati deditis jam ante placuerat, sic ad illam magè obtinendam Reverendum Concilium, consideraretur, Senatuum Oppidanum in loco Concilij presentem statim amice compellavit, & ad mitiorem illam persuadere voluit, Et hanc nostram Intercessionem nobis laudi ducimus, sed & in eo juste & honestè ambigimus, cum pœna Ordinaria, quae jure stricto mutari non possunt, ex notissima totius Germaniae consuetudine temperamentum benignius & humanius admittant. Neq; ipse Senatus Municipalis nisi sua & decessorum suorum facta & exempla illam in rem plura injusticia & iniquitatis accusarum Magistratus urbicus ad intercessionem & in gratiam unius vel alterius de infima vel media plebe res hoc fure longè improbiores & deteriores ad patibulum damnatos, gladio feriri jusserit, sed hunc casum humanitate illa benignitate & commiseratione indignum judicet, viderit & dixerit ille, qui cum certè, qui ordinarij magistratus titulum justissimum habemus & posidemus, laudabile & honestum si in commiserationem Senis parentis, ejusq; Theologi sancti & docti, in gratiam & honorem Rostochien. Omniumq; totius Orbis Academicarum & generalium Studiorum, ad Amplissimi Collegij Juridici Rostochien. Illustrissimam admonitionem, deniq; ut alia mittamus, ad nostram amicam intercessionem non seram istam, sed justo tempore ac loco interpositam, cum Divina non nisi lata rigida sententia adhiberi possit, & Ecclesia neq; vera ejus membra fontes misericordiae & condolentiae ullo tempore claudant, turpis illa sententia neq; pœnam commutata fuisset. Sed quia Magistratus adscriptitij rigor prevaluit, neq; prudentia, neq; discretio illa, quam Jurisconsulti Colonienses intuentur, locum invenit, nos tantum in sententiam illam duriorum & ignominiosorum decurrere oportuit, & omnibus ac singulis, qui possunt, liberum & humanum de hoc negotio arbitrium relinquimus, & interim Studiosos ornatim cohortamur, ne hoc tristi exemplo offendantur neve ad illicita se rapi patiantur, sed potius Diaboli rugientis, ac savientis mille artes nocendi considerent, & insultus Sathanae pijs precibus, & invocatione à se depellant, & sanctos Angelos sibi custodes à Deo petant & adsciscant, & nos quoq; arationes & gemitus crebriores adjungemus, neq; dubitabimus, quin istam flagelli Dei asperitatem misericorditer celeritas subsequatur sit. Quia vero die hodierna, quam Disputationi publica instituenda & habenda publice notum erat, prater morem usitatum de criminoso illo supplicium sumetur, & tum multitudinis ferationibus & clamoribus, quo minus placidam illam concertationem placide instituamus & finiri debemus, negotium id in diem crastinum differre rectius esse putavimus, & iterum atq; iterum roborandis humanitatis & literarum versantur, ut die illa crastina in honorem Academiae, & in gratiam frequentes conveniant, & nobiscum amice & erudite conferant, deniq; Academiam nostram ejusq; nos & hanc urbem totamq; provinciam veris gemitibus & ardentibus votis Filio Dei Mediatori nostro commendent. PP. Rostochij XIV. Octobr. Anno M. DC. XI.

